[illegible] poſt ponere. ac nul-
lo impediente ſeculi tumore facilius poſſet ce-
leſtia adipiſci. Deinde audit uocem ſibi dicentem.
Non eſt aliud ſponſum queras quam filium dei.
Cernit inſuper in uiſu xpm in ſpecie pueri ſpecio-
ſiſſimum afferentem ſibi ſtolam candidam. pal-
mamque uictorie dediſſe. Audiuit quoque futuram
ſe ſociam ſanctorum. Aſpicit interea diabolum. de ſua
triſtem electione. Angelus quoque domini ortatur
illam perſeuerare in uirginitate. et ſe longe fa-
cere a ſeculo. Talibus fulta preſidiis et fiſa conſola-
tionibus quod corpore nondum ualebat. animo
perficere ſatagebat. Abdicat ſeculum inimicum.
uolens illum habere amicum qui fecit mun-
dum. Tum quoque perfectior perſtat in fide. et
perſeuerans in caritate. eo cepit maiora in ſpe
contemplari. Apparet ſiquidem eidem puella

[illegible]
ſamſonis fortiſſimi: cum omni fiducia ſciſcita-
retur angelum quo nomine cenſeretur. et hoc
reſponſum audiuit glorioſum eſſe nomen ſuum.
ſicut et illi. Cur queris nomen meum. quod eſt
mirabile? Felix uirginis xpi conſcientia coti-
die propius fiebat regno dei. et ſponſi celeſtis ad-
herebat priuilegio. Poſtquam igitur mater
bertilia hac uita deceſſerat. apparuit filie
aldegundi quidam nuntians ſibi ab angelo
dictum. quod ipſa beata uirgo xpm ſit ha-
bitura ſponſum. Non multo poſt intuetur
dominum iheſum quem toto affectu et mentis ardo-
re diligebat. quaſi regem diadema capite
geſtantem. ueſtitum ueſtibus aureis. Et ut
ipſa faſſa eſt. et dominum adhibuit teſtem non ſe
mentiri. in ſpiritu uidiſſe gloriam qua perfruuntur

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 51, fol. [1]r – Legendary

(https://fragmentarium.ms/view/page/F-85ky/9636/70588)